

3. Reg. 12.
6. 17.CAP. XXV.
Beneficentia in amicitia.
Ecl. 12. b.
19.

fecus inquit cum dandis, & seruulim in amicitiam adqueant. Dominus, fugatum à parte, sic ad indicatum, mortue sic definitum, sibi parulim, se humilians, & illum exaltans: (Tu, inquit, eris rex, & ego ero secundus post te.) Si non ut dominum tibi videretur, pariter eum quem diligis, vel parem facere eum tibi, non negligas. Non enim amicitia recte colitur à quibus æqualitas non seruatur. Defer amico ut æqualis, nec te pudeat ut præuenias cum officio. Amicitia enim nescit superbiam. Fidelis quippe amicus medicamentum est vite.

CAP. XXVI.
Mutua inter amicos.

Hæc est igitur lex in amicitia, ut ab amicis honesta petamus, & pro eis honesta faciamus, nec expectemus ut rogemur: cunctatior semper abis, studium semper assit. (Perde, inquit Salomon, pecuniam propter amicum.) Si enim pecunia perden- da est propter amicum, multo magis amici utilitibus vel necessitatibus conferenda. Si igitur des amico ut non impro- pere, non mercedem expectes, non frontem obducas, non vul- tum auertas, non deponas oculos, sed serena facie, hilari vultu, sermone iocundo intercede verba parentis: occurre benenolen- tia, ut non rogatus videaris patrare quod petitur. Ingenius ani- mus nihil magis erubescendum æstimat, quam rogare. Cum igitur tibi cum amico tuo esse debeat cor vnus & anima vna, iniuriosum est, si non sit & pecunia vna. Sic se sibi suæ im- pendante, ut qui dat, seruet hilaritatem, qui accipit, non per- dat securitatem.

CAP. XXVII.
Corruptio amici.

Sunt in amicitia aliqua in quibus sibi adesse possunt ami- ci. Primum ut solliciti sint pro inuicem, orent pro inuicem, erubescant alter pro altero, alter gaudeat pro altero, alterius lapsum ut suum doleat, suo dilecto suus ille qui diligitur, inter variabiles fortunæ casus & in varietate mutabilium, nihil vniue à sapientioribus potius, benignius, suauius ac honestius æstimatur, quam veram amicitiam inuenire. Quod tenere di- ligimus, id videri de fideiō æstimamus. Ea namque est via amo- ris, ut oculus mentis offerat, quod ardentius mens desiderat. Occurrunt enim notæ tuæ, verba tua melle condita. Occurrit felicitum nodum inuicem, quæ me mihi furantur & studio & labori in media namque lectione te somno, in somnis am- plectere, in amplexibus te amitto, & te & somnio cum sua fallacia descendente. Medere ergo defideris, medere absentis, diligenter te dilige, sique remedium id nostri furoris, ut sciant qui te diligunt, ne amare. Minus enim amor habet amoris, ubi se sentit qui diligit non amari. Amicorum enim est, inuicem sua negotia agnoscere, & suis opportunitatibus mutuam vicissitu- dinem impendere. Non est amicus qui amico non subuenit, nec etiam bonus socius, qui socii aduersum parum luceat, alterius profectum non suum æstimet. Quibus modis impendi potest, erigat pusillanimitatem, suscipiat infirmum, consoletur tristitia iratum sustineat: sic oculos verecetur amici, ut nihil quod in- honestum sit agere, nihil quod dedecet loqui præsumat. Nam quicquid ipse deliquit, in amicum redundat.

Quicquid suadendum est, ab amico facilius recipitur, & facilius retinetur: cuius magna debet esse in suadendo au- thoritas, cum nec fides eius dubia, nec adulatio sit suspecta. Non solum arguendi sunt amici, sed si opus fuerit, obiurgandi. Obiurgandus est amicus, si veritatem aspernatus, & obsequium atque blanditiam in crimen appellatur. Sed monito acerbitate, obiurgatio contumelia caret, ambrosius: (Si quid vitii in ami-

co deprehenderit, corripere occulte: si te non audierit, corripere palam.) Sunt enim bonæ correptiones, & plerumque meliores quâ tacita amicitia, & si lædi se putet amicus, tu tamen corripere. (Tolerabilius enim sunt amici vulnera quam adulantium oscula.) Debet amicus amico compati & condescendere, vitium eius suum putare, corripere humiliter, & condescendere, vitium eum vultus tristior, & sermo deiectionior. Corripit chrymæ, ut non solum videat, sed & sentiat correptionem ex amore, & non ex rancore procedere. Amicus amico se ita con- stare debet adesse, multo magis spiritus occurrere. Moneri de- verè. Nam [simulator ore decipit amicum suum.]

Præstamus amico quicquid amoris est, quicquid gratiæ, quicquid dulcedinis, quicquid charitatis. Subtiles ho- mines & onera illis quos præscripsit ratio, imponimus: scien- tes quia nunquam verè diligit cui amicus ipse non sufficit, nisi hæc vilia & contemptibilia abiecerit. Cauendum est ne tene- rior affectus maiores utilitates impediatur, dum eos quos am- pliori charitate complectimur, si magna spes fructus vberioris elucet, nec ablentare volumus, nec ignorare. Hæc enim amicitia ordinata, ut ratio regat affectum, nec tam quid illo- rum suauitas, quam quid multorum petat utilitas, attendamus. Qui semetipsum non amat, alium amare non potest. Se autem non diligit, qui turpe aliquid vel inhonestum, vel à se exigit, vel sibi imperit. Primum ergo est, ut semetipsum quisque ca- stificet, nihil sibi indulgens quod indecens sit, nihil libera- heus quod vile sit. Sed quia hic amor multos diligit, ex ipsa eligat quem ad amicitiam secreta lege familiaris admittat, in quem copiose suum infundat affectum, denudans pectus suum, vique ad inspectionem viscerum, medullarum, cogitarum & intentionum cordis. Non eligatur secundum affectionis lasciu- tiam, sed secundum perspicaciam rationis, similitudinem mo- rum, & contemplationem virtutum. Sic se impendat amico, ut lenitas omnis nobis, iucunditas assit, nec ordinata deint bene- uolentia & charitatis obsequia vel officia. Probetur fides eius, honestas & patientia. Accedat amicorum consiliorum comunio, assiduitas parum studiorum, & quodam conformatio cultuum. Ita electus & probatus nihil velit quod delectat, vel petere ab amico, vel præstare rogatus. Amicitiam virtus tem putare, non quantum: adulationem fugere, detra- hant assertionem: liber in discretionem, patiens in cor- reptionem, firmus & stabilis in dilectione: vult tunc dolo- re pro inuicem laborare, onera sua portare pro altero, se- metipsum negligere, alterius voluntatem suæ præferre, illius necessitati magis quam suæ occurrere, aduersis semetipsum opponere & exponere, dulces ad inuicem conferre, studia sua mutuo patefacere. Accedit pro inuicem oratio, quæ in amici memoria tanto efficacius, quanto affectuosius admittitur, profluentibus lachrymis, quas vel timor exercet, vel af- fectus elicit, vel dolor educit. Ita pro amico orans Chris- tum ipsum desiderat & diligenter intendit, subit trans- sit affectus in effectum, ipse Christi dulcedinem tangens inci- pit gustare quam dulcis est, & sentire quam suavis. Ita à sancto illo amore, quo amplectitur amicum, ad illum condescendens quo amplectitur Christum, spiritalem amicitia fructum capit.

S. AVRELII

AVGVSTINI

HIPPONENSIS

EPISCOPI

DE CIVITATE DEI
LIBRI XXII.
TOMVS V.

FINIS APPENDICIS